vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris
praescriptione Terrestri bello conventioneq ac aliis quibus
vis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec
alio quovis modo evadendo. Itae sua praesenti persona
li recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dobrzanskich coniugum mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesenti
bus Castren Capitan Premyslien Crenenvsi Ioannes
Dobrzanski ab una et Anna Roguska parte ab altera
Coniuges Chmi sani mentibus et corporibus existentes
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis qui 675
busuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti
vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni quo ad
actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo
rando atq subiiciendo palam libere publice ac per
expressum recognoverunt, et quilibet illorum suo pro
interesse seorsim praesertim vero Consors cum eiusdem
mariti sui uti Tutoris coniugalis authoritate et assea
recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem omnium
generaliter bonorum suorum haereditariorum et obli
gatoriorum, mobilium et immobilium, summarum que
pecuniariarum quarumvis, tum auri, argenti, stanni
cupri, orichalci, clenodiorum, vestium vestimentorum
rum, equorum, equitiarum, pecorum pecudum, ac totius

1194

Supellectilis domesticae tunc habitae et in posterum haben-
dae in quacunque forma et materia existentis Advitalitate
et usum fructum ad extrema duntaxat vitae suae tempo
ra inscripserunt, assignaverunt et concesserunt, pro
ut praesentibus inscribunt assignant et concedunt
tali videlicet modo et conditione, quod si prius prae no
minatum Generosum Joannem Dobranski maritum
suum quam ipsam Generosam Annam Roguska con
sortem mori et de hac luce decedere contigerit, extunc
eadem consors sua bona suprascripta ac res generaliter
omnes morte praedicti mariti sui derelictas, cum omni
praemissorum iure dominio proprietate, omnibusque et
singulis earundem bonorum utilitatibus fructibus proven-
tibus reditibus commodis et emolumentis attinentiisque
et pertinentiis generaliter universis nullis exceptis
tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifi
ce uti fruetur. Post mortem vero praedictae consortis
suae bona generaliter omnia suprascripta, morte praedi
cti mariti sui derelicta ad successores mariti sui sine qua
vis praeditione successorum praedictae consortis suae devol
vi debebunt et tenebuntur. Similiter etiam si prius
praenominatam Generosam Annam Roguska consor-
tem suam quam praedictum maritum mori et de hac luce de
cedere contigerit, extunc idem maritus bona suprascri
pta generaliter omnia, morte eiusdem consortis suae de-
relicta cum omni bonorum praemissorum iure dominio
et proprietate, omnibusque et singulis earundem utili

tati

tatibus fructibus proventibus redditibus commodis et emolumentis nullo excepto tenebit, habebit et possidebit illisque quiete et pacifice ad extrema vitæ suæ tempora potietur. Post mortem vero et de hac luce decessum prædicti mariti sui bona suprascripta generaliter omnia morte ipsius derelicta ad successores eiusdem consortis suæ, sine quavis contradictione et impedimento successorum prædicti mariti sui redibunt ac devolventur. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Idem consorti suæ Tenetur atque Debet.

Comparens personaliter coram officio et actis præsentibus castren. capitan. Præmyslien. Generosus Ioannes Dobrzanski de Temis, sanus mente et corpore existens, a iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero castren. capitan. Præmyslien. iurisdictioni quo ad actum hunc atque se cum successoribus et bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosæ Annæ Rogusca consorti suæ eiusque posteris summam Duorum Millium florenorum Polonicalium monetæ et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis triginta Polon. numerando et computando certi veri iusti et liquidi debiti seu mutuatæ apud ipsam per se recognoscen. pecuniæ tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam Duorum Millium